

sive invidia, sive fortuna singulari, divinâ et incredibili fide.

EPILOGUS.

34. Sed jam satis multa de causa; extra causam etiam nimis fortasse multa. Quid restat, nisi ut orem, obtesterque vos, iudices, ut eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat: ego autem, repugnante hoc, et imploro, et exposco? Nolite, si in nostro omnium fletu nullam lacrymam adspexistis Milonis: si vultum semper eundem, si vocem, si orationem stabilem ac non mutatam videtis, hoc minus ei parcere: atque haud scio, an multo etiam sit adjuvandus magis. Etenim, si in gladiatoris pugnis, et in infimi generis hominum conditione atque fortuna, timidos et supplices, et ut vivere liceat obsecrantes, etiam odisse solemus: fortes et animosos, et se acriter ipsos morti offerentes, servare cupimus, eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant: quanto hoc

del senado, y en esta ó desgracia, ó fortuna de Milon, de una fidelidad singular, divina é increíble.

EPILOGO

34. Pero ya hemos hablado bastante sobre el asunto, y fuera del asunto acaso demasiado. Qué resta sino el que os pida y suplique, Jueces, que useis con este hombre esforzadísimo de la misericordia, que él mismo no implora, y yo con repugnancia suya imploro, y pido encarecidamente. No porque no habeis visto ninguna lágrima en Milon en el general llanto de todos nosotros, no porque le veis siempre con el mismo semblante, con el mismo tenor de voz, con la misma firmeza en sus palabras, y sin caimiento, querais por eso dejar de favorecerle: y no sé si aun por esto debe ser mucho mas favorecido. Pues, si en las pelias de los gladiadores, y en el estado, y suerte de la ralea mas vil de hombres, solemos aun aborrecer á los tímidos y rendidos, y que piden que se les deje la vida, y al contrario á los fuertes y animosos, y que se ofrecen valerosamente ellos mismos á la muerte, los deseamos salvar; y nos compadecemos mas de los que no imploran nuestra misericordia, que de los que la im-

magis in fortissimis civibus facere debemus?

Me quidem, iudices, examinant, et intemunt hæ voces Milonis, quas audio assidue, et quibus intersum quotidie. Valeant, inquit, cives mei valeant; sint incolumes, sint florentes, sint beati: stet hæc urbs præclara, mihiq; patriâ carissima, quoquo modo merita de me erit. Tranquillâ republicâ cives mei, quoniam mihi cum illis non licet, sine me ipsi, sed per me tamen, perfruantur. Ego cedam, atque abibo. Si mihi republicâ bonâ frui non licebit, at carebo malâ: et, quam primùm tetigero bene moratam et liberam civitatem, in ea conquiescam.

O frustra, inquit, suscepti mei labores! o spes fallaces! o cogitationes inanes meæ! Ego, cùm tribunus plebis, republicâ oppressâ, me senatui dedissem, quem extinctum acceperam: equitibus romanis, quorum vires erant debiles: bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abjecerant: mihi unquam bonorum præsidium defuturum putarem? Ego cùm te (mecum enim sæpissimè loquitur) patriæ reddidis-

ploran: cuanto mas debemos hacer esto en los ciudadanos mas esforzados?

A mí á la verdad, Jueces, me desalientan y acaban estas voces de Milon, que continuamente, que todos los dias estoy escuchando. Pasenlo bien, dice, pasenlo bien mis compatriotas; esten ellos salvos, florezcan, sean dichosos; esté en pie esa ciudad esclarecidísima mi muy amada patria, como quiera que se porte conmigo. Disfruten mis conciudadanos una república tranquila, ellos solos sin mí, ya que yo no puedo juntamente con ellos, pero sin embargo por mi medio. Yo cederé, y me marcharé. Si no pudiese gozar de una república buena, á lo menos careceré de la mala: y luego que llegare á una ciudad de buenas costumbres, y libre, descansaré en ella.

¡O trabajos míos, dice, tomados en vano! ¡ó esperanzas engañosas! ¡ó vanos pensamientos míos! Yo cuando, siendo tribuno de la plebe, y hallándome la república oprimida, me entregué al senado, que habia hallado destruido al orden ecuestre, cuyas fuerzas se hallaban debilitadas, y á los hombres de bien, á quienes las armas de Clodio habian despojado de toda autoridad: podría pensar que me habia de faltar nunca el favor de los buenos? Yo, cuando te restituí á tí á la patria (porque habla conmigo muy de conti-

sem, mihi non futurum in patria putarem locum? Ubi nunc senatus est, quem secuti sumus? ubi equites romani illi, illi, inquit, tui? ubi studia municipiorum? ubi Italiae voces? ubi denique tua, M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, vox, et defensio? mihi ne ea soli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil potest opitulari?

35. Nec verò hæc, iudices, ut ego nunc, flens, sed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis. Negat enim, se, negat, ingratis civibus fecisse, quæ fecit: timidus, et omnia circumspiciens pericula, non negat. Plebem, et infamam multitudinem, quæ, P. Clodio duce, fortunis vestris imminerebat, eam, quo tutior esset vita nostra, suam se fecisse commemorat; ut non modò virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret: nec timet, ne, cum plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in rempublicam singularibus. Senatùs erga se benevolentiam temporibus his ipsis sæpe esse perspectam: vestras verò, et vestrorum ordinum occursationes, studia, sermones, quemcumque cursum fortuna de-

nuo) habia de pensar que me habia de faltar á mí lugar en la patria? ¿Donde está ahora el senado, á quien hemos seguido? donde aquellos caballeros romanos, aquellos, dice, tuyos? donde el empeño, y afecto de las ciudades municipales? donde las voces de Italia? donde por fin tu voz y defensa, ó M. Tulio, que á tantos favoreció? ¿Es posible que á mí solo, que tantas veces me ofrecí por tí á la muerte, nada me puede favorecer?

35. Y esto no lo dice, Jueces, como yo ahora, llorando, sino con este mismo semblante que veis. Porque dice, que no hizo lo que hizo, por ciudadanos ingratos; aunque no niega que sí por timidos, y que todos los peligros temen. A la plebe y gente baja, que capitaneada de P. Clodio iba á echarse sobre vuestras haciendas, dice, que la ha hecho suya para mas asegurar vuestra vida, de modo, que no solo la inclinó con su valor, sino tambien la suavizó con sus tres patrimonios: y no tiene recelo de que no haya ganado vuestra voluntad con los señalados servicios, que hizo á la patria, habiendo apaciguado á la plebe con sus dádivas. Dice, que la benevolencia del senado para con él se ha visto bien muchas veces en estos mismos tiempos, y que se llevará consigo en cualquiera suerte, que la fortuna disponga las cosas, los buenos oficios, diligencias y pláticas, así vuestras, como de los de

derit, secum ablaturum esse dicit.

Meminit etiam, sibi vocem præconis modò defuisse, quam minimè desiderarit; populi verò cunctis suffragiis, quod unum cupierit, se consulem declaratum: nunc denique, si hæc arma contra se sint futura, sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare. Addit hæc, quæ certè vera sunt, fortes et sapientes viros, non tam præmia sequi solere rectè factorum, quàm ipsa rectè facta: se nihil in vita nisi præclarissimè fecisse; si quidem nihil sit præstabilius viro, quàm periculis patriam liberare; beatos esse, quibus ea res honori fuerit à suis civibus.

Nec tamen eos miseros, qui beneficio civis suos vicerint: sed tamen ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum esse præmium, gloriam: esse hanc unam, quæ brevitatem vitæ posteritatis memoriã consolaretur: quæ efficeret, ut absentes adessemus, mortui viveremus: hanc denique esse, cujus gradibus etiam homines in cælum viderentur ascendere. De me, inquit, semper populus Romanus, semper omnes gentes loquentur,

vuestras clases.

Tiene tambien presente que solo le faltó la voz deregonero, que no habia deseado; mas que él ha sido declarado consul por todos los votos del pueblo, que era á lo que solo se dirigia su deseo: y que ahora finalmente, si estas armas han de ser contra él, le daña la sospecha de alguna maldad, no el delito de lo hecho. Añade una cosa, que ciertamente es verdad, que los hombres de fortaleza y sabiduría, no tanto suelen pretender los premios de las acciones buenas, como las mismas acciones buenas: que él nada hizo en toda su vida, que no fuese con la mayor nobleza; si no hay cosa mas noble para un hombre, que libertar á su patria de los riesgos: que son dichosos aquellos, á quienes por esto honraron sus compatriotas.

Mas que no por eso son infelices los que les quedaron superiores en el beneficio: pero que sin embargo de todos los premios de la virtud, si se hubiese de atender á premios, el mayor es la gloria: que esta es la única que nos consuela en la brevedad de la vida con la memoria de la posteridad: la que hace que estemos presentes, aun estando ausentes: que vivamos, aun habiendo muerto: y que finalmente esta es aquella escala por cuyas gradas parece que los hombres suben hasta el cielo. De mí, dice, hablará siempre el pueblo romano; hablarán siempre todas las

nulla unquam obmutescet vetustas. Quin hoc tempore ipso, cum omnes à meis inimicis faces meæ invidiæ subjiciantur; tamen omni in hominum cœtu, gratiis agendis, et gratulationibus habendis, et omni sermone celebramur. Omitto Etruriæ festos et actos, et institutos dies: centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii, et opinor altera; quæ fines imperii populi Romani sunt, ea non solum fama jam de illo, sed etiam lætitia peragravit. Quamobrem, ubi corpus hoc sit, non, inquit, laboro, quoniam omnibus in terris et jam versatur, et semper habitabit nominis mei gloria.

36. Hæc tu mecum sæpe, his absentibus: sed, iisdem audientibus, hæc ego tecum, Milo. Te quidem, cum isto animo es, satis laudare non possum: sed, quod est ista magis divina virtus, eò majore à te dolore divellor. Nec verò, si mihi eriperis, reliqua est illa saltem ad consolandum querela, ut his irasci possim, à quibus tantum vulnus accepero. Non enim inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi: non malè aliquando de me meriti, sed semper optimè. Nulum unquam, judices, mihi tantum dolo-

naciones; por muchos años que pasen, nunca seré olvidado. Y aun en este mismo tiempo, en que mis enemigos atizan por todos medios el incendio de mi aborrecimiento, sin embargo en todas las concurrencias somos celebrados, dándonos gracias, recibiendo parabienes, y todo género de elogios. No digo nada de los dias festivos celebrados y establecidos en la Etruria: cien dias hace hoy que fué la muerte de P. Clodio, y á mi parecer mas allá de los límites del imperio del pueblo romano se estendió ya, no solo la fama de este suceso, sino tambien la alegría. Por lo cual no cuido, dice, del lugar donde esté este cuerpo; porque por todo el mundo anda ya, y habitará siempre la gloria de mi nombre.

36. Esto me has dicho tú á mí muchas veces, no oyéndolo estos; pero yo, ó Milon, te digo esto en su presencia. No puedo ciertamente acabar de alabarte á vista de tu ánimo; pero, cuanto es mas divino ese valor, tanto me es mas doloroso el ser apartado de tí. Y ni, si te me quitan, me queda siquiera el consuelo de quejarme, y el que pueda airarme contra aquellos, de quienes recibiere tan mortal herida. Porque no te quitarán mis enemigos, sino mis mayores amigos; no sugetos, que alguna vez me hayan ofendido, sino los que siempre me han hecho el mayor favor, jamas, Jueces, me dareis tan grande sentimiento (aunque

rem inuretis, (etsi quis potest esse tantus?) sed ne hunc quidem ipsum, ut obliviscar, quanti me semper feceritis. Quæ si vos cepit oblivio, aut si in me aliquid offendistis, cur non id meo capite potiùs luitur, quàm Milonis? Præclarè enim vixero, si, quid mihi acciderit priùs, quàm hoc tantum mali videro.

Nunc me una consolatio sustentat, quòd tibi, T. Anni, nullum à me amoris, nullum studii, nullum pietatis officium defuit. Ego inimicitias potentium pro te appetivi: ego meum sæpe corpus et vitam objeci armis inimicorum tuorum: ego me plurimis pro te supplicem abjeci: bona, fortunas meas, ac liberorum meorum, in communionem tuorum temporum contuli: hoc denique ipso die, si qua vis est parata, si qua dimicatio capitis futura, deposco. Quid jam restat? quid habeo, quod dicam, quod faciam pro tuis in me meritis, nisi ut eam fortunam, quæcumque erit tua, ducam meam? Non recuso, non abnuo, vosque obsecro, judices, ut vestra beneficia, quæ in me contulistis, aut in hujus salute augeatis, aut in ejusdem exitio occasura esse videatis.

cual puede igualar á este?) ni, aun dandome este mismo, hareis que olvide cuanto me habeis estimado siempre: de lo que si estais olvidados, ó si algo hallasteis en mí, que os desagradase, porque no se paga esto antes con mi vida, que con la de Milon? porque demasiado bien habré vivido, si me faltare la vida antes de ver tan gran mal.

Ahora solo un consuelo me sostiene, que es haber hecho por tí, ó T. Anio, todos los buenos oficios del cariño, del afecto, y del amor reverencial. Yo por tí busqué las enemistades de los poderosos: yo espuse muchas veces mi cuerpo y vida á los tiros de tus enemigos: yo por tí me bajé á rogar á muchos: mis bienes y haberes, y los de mis hijos hice participantes de tu desgracia: hoy mismo finalmente, si nos está aparejada alguna fuerza, si ha de haber alguna contienda con peligro de la vida, la quiero y pido. ¿Qué resta ya? qué tengo que decir, ó qué hacer en pago de los beneficios, que me hiciste, sino el reputar por mía tu suerte, sea de tí lo que fuere? No lo rehuso, no me niego á ello: y os ruego, Jueces, que, ó bien aumenteis, dando por libre á este, los beneficios que me hicisteis, ó veais que acabarán con su condenacion.

37. His lacrymis non movetur Milo : est quodam incredibili robore animi : exilium ibi esse putat, ubi virtuti non sit locus : mortem naturæ finem esse, non pœnam. Sit hic eâ mente, quâ natus est. Quid vos, iudices? quo tandem animo eritis? Memoriam Milonis retinebitis, ipsum ejicietis? et erit dignior locus in terris ullus, qui hanc virtutem excipiat, quàm hic, qui procreavit? Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro republica sanguinem effuditis; vos in viri et in civis invicti appello periculo, centuriones, vosque milites: vobis non modò inspectantibus, sed etiam armatis, et huic iudicio præsentibus, hæc tanta virtus ex hac urbe expelletur, exterminabitur, projicietur?

O me miserum! ò infelicem! revocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos; ego te in patria per eosdem retinere non potero? Quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant, quid tibi, Q. frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum illorum? me non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset? At in qua causa non potuis-

57. Estas lágrimas no mueven á Milon : es increíble el valor, y valentía de su espíritu : segun su modo de pensar no hay destierro sino donde no tiene lugar la virtud ; y la muerte es término de la naturaleza, no pena. Tenga este el espíritu, con que nació. Vosotros, Jueces, ¿qué hareis? ¿cual será finalmente vuestro ánimo hácia él? ¿retendreis la memoria de Milon, y á él le echareis? ¿y habrá en el mundo algun lugar mas digno de recibir tal valor que este, que le produjo? A vosotros, á vosotros apelo, hombres esforzadísimos, que habeis derramado mucha sangre en favor del Estado, á vosotros, capitanes, y á vosotros, soldados, apelo en el riesgo de un hombre, y un compatriota invencible : estando vosotros no solo mirándolo, sino tambien armados, y presidiendo á este juicio, será este tan gran valor espedido, desterrado, y arrojado de esta ciudad?

¡Ay desdichado de mí! ¡ay infeliz! tú pudiste, Milon, volverme á la patria por medio de estos, y yo no te podré mantener á tí en ella por medio de los mismos. Qué responderé á mis hijos, que te tienen por su segundo padre? ¿Qué á tí, hermano Quinto, que ahora estás ausente, compañero mio en aquellos tiempos calamitosos? qué yo no he podido salvar á Milon por medio de los mismos, por cuyo medio él me salvó á mí? ¿Y en qué causa no he podido? en una que es

se? quæ est grata gentibus. A quibus non potuisse? ab iis, qui maximè P. Clodii morte acquierunt. Quo deprecante? me.

Quodnam ego concepi tantum scelus? aut quod in me tantum facinus admisi, iudices, cum illa indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, extinsi? Omnes in me, meosque redundant ex fonte illo dolores. Quid me reducem esse voluistis? an ut, inspectante me, expellerentur, per quos essem restitutus? Nolite obsecro vos, pati, mihi acerbiorum reatum esse, quam fuerit ille ipse discessus. Nam qui possum putare me restitutum esse, si distrahor ab iis, per quos restitutus sum?

38. Utinam dii immortales fecissent (pace tuâ, Patria, dixerim: metuo enim, ne sceleratè dicam in te, quod pro Milone dicam piè) utinam P. Clodius non modò viveret, sed etiam prætor, consul, dictator esset potius, quam hoc spectaculum viderem! O dii immortales! fortem, et à vobis, iudices, conservandum virum! Minimè, minimè, inquit. Immo verò pœnas ille debitas luerit: nos subeamus, si ita necesse est,

agradable á las naciones. ¿De quienes no puedo oírlo? de los que lograron en particular su sosiego con la muerte de P. Clodio. ¿Y quién era el intercesor? yo.

Qué maldad tan grande hice, ó qué delito tan enorme cometí, Jueces, cuando indagué aquellos tratos para la perdición de todos, los descubrí, saqué á plaza, y desvanecí? Todos mis disgustos, y de los míos, me vienen de aquel origen. ¿Para qué quisisteis que volviera? acaso para que á mi vista fueran echados aquellos, por cuyo medio yo había sido restituido? No queráis, os pido, dar lugar á que me sea mas sensible mi vuelta, que lo fué la misma salida: porqué, como puedo pensar, que he sido restituido á la patria, si soy apartado de aquellos, por quienes lo fuí?

38. Ojalá los Dioses inmortales hubieran hecho (con tu licencia, ó Patria, lo diga, porque tomo no sea una espresion impía contra tí la que por Milon es piadosa) ojalá, digo, hubieran hecho, que P. Clodio no solo viese, sino que aun fuese pretor, consul y dictador, antes que viese yo este espectáculo! Dioses inmortales, ¡qué valor de hombre! ¡cuan digno, Jueces, de ser conservado por vosotros! En ninguna manera, en ninguna manera, dice: antes bien, que él haya llevado el castigo merecido, y nosotros suframos, si así es ne-

non debitas. Hicne vir patriæ natus, usquam, nisi in patria, morietur? aut, si fortè pro patria, hujus vos animi monumenta retinebitis: corporis in Italia nullum sepulchrum esse patiemini? hunc suâ quisquam sententia ex hac urbe expellet, quem omnes urbes expulsam à vobis ad se vocabunt?

O terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit; hanc ingratham, si ejecerit: miseram, si amiserit! Sed finis sit; neque enim præ lacrymis jam loqui possum: et hic se lacrymis defendi vetat. Vos oro, obtestorque, judices, ut in sententiis ferendis, quod sentietis, id audeatis. Vestram virtutem, justitiam, fidem, mihi credite, is maximè probabit, qui in iudiciis legendis optimum, et sapientissimum, et fortissimum quemque legit.

cesario, el que no debemos. Un hombre, como este, nacido en la patria, ha de morir en otra parte que en la patria? y si acaso por la patria, conservareis vosotros los monumentos de su valor, y permitiereis que no haya en la Italia ningun sepulcro para su cuerpo? Habrá alguno que con su voto eche de la ciudad á un sugeto, á quien todas las ciudades, si vosotros le echais, llamarán para sí?

¡O tierra dichosa aquella, que recibiere tal varon; é ingrata esta, si le echare: desdichada, si le perdierre! Pero acabemos: pues ya no me dejan hablar las lágrimas, y este no quiere que se le defienda con ellas. A vosotros, Jueces, pido y suplico que no os falte el ánimo para sentenciar segun sintais. Creedme que ninguno mejor aprobará vuestro valor, justicia é integridad, que el que en la eleccion de jueces echó mano de los mejores, mas sabios, y de mas fortaleza.